



EΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΤΟ ΕΥΑΝΓΕΛΙΟΝ ΣΕΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. CVNDVM MATTHÆVM.

NOVA INTERPRET.

VETVS.

Κεφάλαιον Α.

CAP. I.

CAP. I.

ΕΙΒΛΟΣ γένεως Ιησού Χριστού, υιού Δαβίδ, υιού Αβραάμ. Αβραάμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Ἰσαάκ ἔγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ἰακώβ ἔγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.

Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρέν καὶ τὸν Ζαράμ ἐκ τῆς Θάμαρ. Φαρές ἔγέννησε τὸν Ἐσρόμ. Ἐσρόμ ἔγέννησε τὸν Ἀράμ.

Ἀράμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ. Ἀμιναδάβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασών. Ναασών δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.

Σαλμών δὲ ἐγέννησε τὸν Βοόζ ἐκ τῆς Ραχάβ. Βοόζ ἔγέννησε τὸν Ὠβείδ ἐκ τῆς Ρούθ. Ὠβείδ ἔγέννησε τὸν Ἰεσαί.

Ἰεσαί ἔγέννησε τὸν Δαβίδ, τὸν βασιλέα. Δαβίδ ὁ βασιλεύς ἐγέννησε τὸν Σολομῶνα ἐκ τῆς Τεοῦειου.

LIBER generatio nis Iesu Christi, filij Davidis, filij Abrahami.

Abrahamus genuit Isaacum. Isaacus autem genuit Iacobum. Iacobus autem genuit Iudam & fratres eius.

Iudas autem genuit Pharesu & Zaram e Thamar. Pharesus autem genuit Esromum. Esromus autem genuit Aramum.

Aramus autem genuit Aminadabum. Aminadabus autem genuit Naassonem. Naasson autem genuit Salmonem.

Salmo vero genuit Boozum ex Rachaba. Boozus autem genuit Obedum ex Rutha. Obedus autem genuit Iessen.

Iesse vero genuit Dauidem regem illum. David autem rex ille genuit Solomonem ex ea que fuerat uxor Uriæ.

LIBER generatio nis Iesu Christi, filij David, filij Abrahami.

Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram.

Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon.

Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse.

Iesse autem genuit Dauid regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea que fuit Uria.

Luc. 3. 23. Iesus Christus ortus est ex Abrahamo, ex tribu Iuda, & ex familia Davidis, sicut Deus promiserat. Gen. 21. 2. Gen. 29. 24. Gen. 29. 35. Gen. 38. 27. 1. Par. 2. 4. Ruth. 4. 18. 1. Sam. 16. 1. & 17. 12. 2. Sam. 12. 24.

ANNOTATIONES, IN QUIBUS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

EVANGELIUM, Ευαγγέλιον. Id est, historia eorū que docuit & fecit Iesus Christus, iucundissimum salutis nuntiū afferens. Sic enim Lucas ipse interpretatur, Act. 1. 1. Et quum Evangelium Græcis quod bonum & optatum nuntium declarat, proprie dici cepit de vera illa salutis doctrina, quæ non est excogitata ab hominibus, sed è cælo ad nos allata, sicut prædictum fuit Esa. 52. 7. ut mutua sit inter fidem & Verbum prædicatum relatio, Rom. 10. 17. Sed & illud obseruandum est, interdum Evangelij nomine neque hos quatuor libellos, neque ipsam proprie doctrinam, sed eius potius doctrinæ annuntiationem significari, ut Rom. 1. 1, & 1. Cor. 4. 15, & 2. Cor. 8. 18, & alibi sæpe. Græcū autem hoc vocabulum, quasi Ecclesiæ Christi peculium, ut alia eiusmodi omnia, libenter retinimus. Secundum Mattheum, τὸ κατὰ Ματθαῖον. id est, ut scriptum & traditū est à Matthæo. Cattelio conuertit, Auctore Mattheo. quod mihi duriusculū videtur. Magis enim (ut opinor) proprie loquetur qui Deū huius Evangelij auctore vocabit, scriptorem Matthæū. Fateor tamē, Evangelij Matthei & aliorū, nō minus quàm Pauli vel Petri Epistolæ, atque etiā auctore pro scriptore dici solere: sed nō puto temere scriptū κατὰ Ματθαῖον potius quàm Ματθαῖον, vel διὰ Ματθαῖον, vel aliud eiusmodi. quoniā videlicet Evangelij nome hoc in loco non tā aliquod scripti genus declarat quàm ipsi scripti sententiā: cuius auctor sit Christus, scriptor Mattheus. Idq. etiā magis liquet ex inscriptione quæ in Latinis codicib. reperitur, nempe Sancti Domini nostri Iesu Christi Euangeliū, secundū Matth. Tertul. & Cyprian. sæpe hos libros edentes Græca præpositionē, quavis Latine scribentes, ita retinuerunt, ut sæpe scribant, κατὰ Ματθ. &c.

τοῦτον γένος [Sepher tholedoth.] quantum istud sit plurale, & posteros designet, hoc verò singulare, ut Christi γενεαλογίαν declararet. Subauditur autem, Hic est, vel aliquid eiusmodi: ut sit hic titulus non totius historiae, sed sequentis genealogiae. nā etiam hoc totū, Γένος Ἰσραήλ, nihil aliud quàm generis serie declarat. Cicero similiter libellū nominū dixit. Generatio nis, Ἰσραήλ, id est, maiorū ex quibus ortus est Christus: ut Tertul. lib. de carne Christi vertit. Vocabulū autē Generatio nis retinui, partim quod Christianorū aures illi sint assuetæ, partim etiā quod optime videatur Christi γενεαλογίαν exprimere. quia æternus ille Dei Filius non potest dici ex Dauide & Abrahamo genitus, quin statim veniat in mentem illud Ioannis, Et Sermo ille factus est Caro. Filij Davidis, υιού Δαβίδ. Fateor apud Hebræos filiorū appellatione, sicut etiā apud Latinos poetæ Nepotū vocabulo, posteros omnes intelligi. quæ res fecit ut nonnulli tum hoc, tum aliis locis maluerint dicere, Dauide prægnatum. Sed ego illud malui: quia (nisi fallor) siquis diligenter expendat promissionum formulam, ad quas respexit Mattheus, intelliget Dominum disertè polliceri Abrahamo & Dauide, fore ut non tam ex ipsorum posteritate quàm ex illis ipsis beatum illud semen exoritur. Neque temere factum est ut Christus peculiari ter vocetur filius Abrahami & Dauidis: quasi nō tā ex his qui intercesserūt fuerit oriundus, quàm verus & proximus illorum duorū filius promissionis & fidei virtute. Filij Abrahami, υιού Ἀβραάμ. Quantum hæc possint de Dauide exponi, qui fuerit ex Abrahami genere: malo tamē utriūque ad Christū referre, ut idem & filius Dauidis & filius Abrahami dicatur, propter peculiare his duobus factas promissiones.

1 Liber, πῆλοε, i. recensio, Hebræorū idiosismo, ut Gen. 5. 1, 30 6 Dauidem regem illum, τὸν Δαβίδ, ὁ βασιλεύς. Repetitur A 1.

πῶν ἰόν. Sed & apud Latinos Genitus & Natus permu- tantur. Præuli tamen hoc quidem loco Erasmi versionem, ne vniun verbum pluribus modis, nulla necessitate coactus, interpretaretur quod vitare constitui, quoad eius fieri poterit. Capite quidem secundo, quo dilucidior sit sensus, vertemus Nam, quia expressa natalis loci illic fit mentio: & forma loquendi fortassis fuisset durior, si illis posuissem Genitus.

¶ Qui dicitur, ὁ λεγόμενος. Vulgata, Qui vocatur, id est ὁ κα- λεγόμενος. ¶ Christus, Χριστός. Hebraice משיח [meschiah] id est vnctus; verè rex, nimirum & vnicus ille sacerdos, & Pro- pheta, humano generi promissus. Latini Græcam vocem integram seruare maluerunt quàm vnctum vocare. Vnde postea Antiochiæ primum dicti sunt Christiani, qui prius discipuli vocabantur. Vide Act. 11. 26.

Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραάμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκάτεις ἑπτὰ· καὶ ἀπὸ Δα- βὶδ ἕως τῆς μετανοησίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκάτεις ἑπτὰ· καὶ ἀπὸ τῆς μετα- νοησίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκάτεις ἑπτὰ.

17 Vniuersæ igitur progenies ab Abrahamo vsque ad Dauidè, progenies quatuordecim: & à Dauidè vsque ad transportatiōnē Babylonicam, progenies qua- tuordecim: & à transportatio- ne Babylonica vsque ad Chri- stum, progenies quatuordecim.

17 Omnes itaque gener- ationes ab Abraham vsq. ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Da- uid vsque ad transmi- grationē Babylonis, ge- nerationes quatuorde- cim: & à transmigratiōne Babylonis vsque ad Chri- stum, generationes qua- tuordecim.

Τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἔγεννησεν· ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ Μα- ρίας τῆς Ἰωσήφ, ἣν ἔσπευξε ἡ σκευὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἡ δὲ παρθε- νὴς ἐγέννησεν υἱόν, ὃν ἔσπευξε ἡ σκευὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

18 IESU verò Christi natiuitas ita fuit. ¶ Quum enim mater eius Maria desponsa esset Iosepho, priusquam ipsi conuenis- sent inuenta est grauida esse à Spiritu sancto.

18 Christi autē generatio sic erat. Quum esset de- sponsata mater eius Ma- ria Iosepho, antequàm con- uenissent, inuenta est in- utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius quum esset iustus, & nol- let eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

Ἰωσήφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δικαίος ἄνθρωπος καὶ ἀσπασμένος, ἐβουλήθη ἀπολύσαι αὐτήν.

19 Porro Iosephus vir eius, quū esset iustus, & nollet eā igno- minia exponere, voluit clam eam dimittere.

17 Vniuersa igitur progenies, πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ. Id est, Omnes isti suis gradibus, prout alius alium genuit, in hac fami- liæ Dauidis descriptione enumerati. Itaque hoc demum est quod Hebræi תולדות [tholedoth] vocant, passiuè quidem ac- ceptum pro singulis qui gignuntur. Generationis autem no- mē, quod Vetus interpres & Erasmus usurparūt, Græco qui- dem respondet, sed mihi visum est obscurius. Castello ma- sluit Genera interpretati, vocabulo magis ambiguo: quanuis animaduertent Herodotū in Clio πῶτον γένος dixisse, quū de abnepotis filio ageret. Vetus autē ipse interpretis ita ut ego, istud interpretatus est Luc. 1. 50. quū alioquin non ignorē progenici vocabulo plerunque totā generis seriem signifi- cari.

17 ire, sed minus verecunda. Hinc factū vt Theophylact. οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸν ἰσχυρῶν interpretetur μωχῶν: quod ipsūm durius inueni. ¶ Grauidā, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Vulgata, In utero habens. Erasmi. Grauidā, ἰ. ἔγκυον. Ad verbum, in ventre habens. quod dicendi genus proprium est Græcis medicis, præsertim Hippocrati: cuius loco apposui quod Latinis est vsitatus: nisi malimus inter- pretari, Vtrem ferre, vt loquitur Plinius. ¶ E Spiritu sancto, ἐκ πνεύματος ἁγίου. Vulgata, De Spiritu sancto. Quanuis autem De pro E interdum ponatur, tamen hoc loco minime necesse fuit hanc enallagen accersere: quod annotauit Eras- mus. Ista verò narratur ὑποκειμένως, id est per anticipationem, & narrationis exitus habita ratione: quantum aliter censeat Theophylactus: Ac etiam Basilius homilia de Christi gene- ratione. Vnde enim Iosephus Mariam non ex congressu cū viro, sed diuina prorsus virtute pregnantem esse, nisi ex reuelatione intelligere potuit? Et si hoc aliunde cognouisset, cur illam cogitasset dimittere? Aut igitur expungendū esset istud, quod tamen in omnibus codicibus extat, & om- nino videtur fuisse adiciendū: aut subaudiendū est relatiuū cū verbo substantiuo, ellipsi Hebræis minime infueta, vt ita totus iste locus vertatur, Compertam esse grauidam [quod erat] ἐκ Sp. sancto. Grauidam igitur illam esse Iosephus ex e- uidentibus signis didicit. Hoc autem esse Spiritus sancti opus, ex Angelo demum cognouit. Quod autem alii de Vir- ginitatis voto, alii de Virgine Iosepho non ad coniugiū, sed ad custodiendam illam commissa tradunt, inanissima est fa- bula: vt & illud quoque ex veteribus etiam nonnulli scri- bunt, sic nimirum Deum voluisse Satana hunc virginis con- ceptum celari: quantum alioquin ne Satan quidē nosse quid- quam posset, quod Deus velit ipsi esse ignotum.

18 Natiuitas, ἡ γέννησις. Vulgata, Generatio. quod huic qui- dem loco non videtur conuenire, quū Mattheus explicandā non suscepit ipsius ἐπιστημῶν historiam, sed exponendū vbi & quomodo illū pepererit Maria, adiunctis quæ cū hac narratione proximè cohærent, Latius ergo patet Cignere: sed quū verbali nomine careat, coacti sumus inonymū quere- re: quod & ipsūm alibi quàm apud Vlpianū non memini le- gere. Natiuitatē tamen malui dicere quàm ortū, nequis cum Serneto illo impio existimet Filium Dei tū demū exortum, & quod ad hypostasin attinet à Patre fuisse distinctum, quū ex Virgine natus esset, qui vnus cōstet, hoc loco de Filio Dei, quatenus homo factus est, institutam esse narrationē. ¶ Ita fuit, οὕτως ἔγεννησεν. Verbum ἔγεννησεν positum est in aoristi secundi signi- ficatione, sicut infra 2. 15, & Marc. 11. 32. Erasmus conuertit, sic habet, id est ἔγεννησεν. Terent. Adelph. Nā ita est homo. ¶ Quū enim mater eius Maria esset desponsa Iosepho, μνηστυθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῆς Ἰωσήφ. id est, sponsione promissa. Ne enim adhuc in eandem domū conuenerant: & constat τὸ μνη- στυθεῖν & τὸ γαμῆν apud Græcos, sicut apud Hæbræos שׂוּמְרַת [Sasch] & illud quod ipsi per periphrasin dicunt מְשׂוּמְרַת [Lakach ischah] non minus per se differre quàm פְּשׂוּמְרַת [Lakach ischah] non minus per se differre dicunt פְּשׂוּמְרַת [Lakach ischah] à nuptiis, & huc spectat ille Terentij versicu- lus, Placuit, despondi: nuptijs hic dictus est dies. Et hanc Iudæis consuetudinem fuisse vt inter sponsalia & nuptias tēpus a- liquod intercederet, cōstare potest ex Deuter. cap. 21. 12. Por- ro particula γὰρ hoc loco non est causalis, sed expletiva, sicut apud Latinos Enimvero. ¶ Priusquam ipsi conuenissent, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοῦ. id est, Priusquam illam duxisset domū. Siue (vt mox ait ipse Angelus vers. 20.) antequàm eam accepisset vxorē. Erasmi. Priusquam congressi fuissent: eos nimirū sequutus quū hoc ita exponunt quasi iam antea Maria fuerit Iosephi ducta vxor, à qua tamen abstinerit, & quidē ex virginitatis voto: sed non dubio quin veteres, hac in re sint plane hallu- cinati: quod videtur vnus pendē person inter illos recentiores animaduertit, quæ Inmeritō flagellat Erasmius hoc nomi- ne, infr. Luc. 1. 38. Alioquin τὸ αὐτῶν χόρος de mutuo coniugij v- su honestè dicitur, vt 2. Cor. 7. 5. cui respondet Latina vox co-

19 Quum esset, ὡς. Erasmius, Quia erat. Vulgatus interpres & Latine loquutus est, & Græcorum participium eleganter expressit. ¶ Ignominia exponere, ἀποδογματίζω. Vel, In eam exemplum statuere. Hac enim est notatio Græci hulus verbi, quod Augustinus ad verbum Epist. 59. vertit Exempla- re, & Vetus interpres, Traducere, quo passim vitur Tertul- lianus, vt & verbo publicare, in tractatu de fuga. Sed cerò nec omnis infamia fit traductione, nec omnis traductio infamia est: sed ea demum quæ sit ignominie causa, veluti mulieres οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸν, apud Cretenses, & captiui Romæ in triumpho tra- ducti. Ad quem morem quum respexerit Paulus manife- stè Coloss. 2. 15. ἀποδογματίζω rectè ibi conuersum est verbo Traducere. In epistola verò ad Hebræos 6. 6, ἀποδογματι- ζομένους, Vulgatus interpres vertit ostentui habentes: quo sensu Sallustius vitur Ostentus voce. Certè ἀποδογματίζω hoc signifi- catu nō ineptè Gellius lib. 6. cap. 1. 4. ἀπὸ τῆς ἀποδομῆς, quod ad formam iudicij attinet, distinguit, & τὸ ἀποδογματίζω nil aliud declarat quàm publice infamie exponere: sicut Gal- licè dicimus, Eschaffander: dicitur que interdū etiā quid à iu- dice nō insignitur pœnauit apud Plutarchū Archilochus scri- A 11.